

*Lettera di mutuo a Pietro de Montebruno,
per un prestito di 11.000 lire tornesi
contratto con alcuni mercanti senesi,
con relative garanzie di pagamento.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Lettera di mutuo a Pietro de Montebruno,
per un prestito di 11.000 lire tornesi
contratto con alcuni mercanti senesi,
con relative garanzie di pagamento.*

1268-04-30

In nomine Domini amen. Nos Karolus d. g. Rex Sicilie etc. per presentem paginam facimus omnibus manifestum quod vos, magister Petre de Montebruno, domini Pape camerarie et notarie, de speciali mandato ipsius domini Pape... undecim milia librarum Turonensium a Bonaventura Bernardini et Francisco Guidi, civibus et mercatoribus Senensibus,... mutuo recepistis. Propter hoc ipsum dom. Papam et bona Ecclesie Romane... dictis mutuatoribus obligastis et promisistis stipulatione legitima dictam summam... ipsum dom. Papam etc.... Parisiis vel in Curia Romana infra festum beati Iohannis Baptiste proximo futurum predictis mercatoribus soluturos. Quam pecuniam vos de... mandato... dom. Pape... mag. Petro Farinate, dil. clerico et fam. nostro, nomine nostro dari fecistis. Et Nos dictam summam... pro necessariis nostris negotiis et Regni Sicilie recepisse confidimus... et pro dicta pecunia ipsi dom. Pape..... persolvenda, decimam ecclesiasticorum proventuum pro negotio Regni Sicilie in Regno Francie et quibusdam aliis terris... apostolica Nobis auctoritate concessam etc..... vobis pred. mag. Petro... nomine ipsius dom. Pape etc... specialiter obligamus... Si vero procuratores nostri in Regno Francie a dom. Ludovico, Rege Francorum illustri, vel a Comite Pictavensi, fratribus... aut aliquibus aliis de partibus Gallicanis mutuum pro Nobis aliquod receperint, pro quo prefata sit eis decima obligata, volumus quod de mutuo ipso ante omnia alia debita nostra predictis mercatoribus de dicta pecunia satisfiant. Promittimus etiam., procuratoribus nostris.... litteras destinare ut de prefata pecunie quantitate dampnis et expensis ac interesse... mercatoribus satisficiant

antedictis. Adicimus insuper... quod si de huiusmodi pecunia decime... pred. debitum ante statutum terminum non solvatur, Nos..... de aliis bonis nostris... satisfieri... faciemus. Et pro hiis omnibus... firmiter observandis... Nos et omnia bona nostra... pred. dom. Pape etc.. obligamus.. Et ad maiorem cautelam placet Nobis.... ut idem dom. Papa in Nos ex tunc excommunicationis sententiam et in omnes terras quas tenemus... interdicti sententias proferat. Renuntiamus etc... Et ad maiorem adhuc cautelam et testimonium huius rei, presentes licteras confici et aurea bulla tipario nostre Maiestatis impressa iussimus communiri.

Datum Viterbii, XXX aprilis XI ind., R. n. a. III(1268).